



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. AD L.  
CORNEL. DE FALSIS ET  
SC. LIBONIANO DE-  
S V M P T A E.

QVAS, DIVINI NUMINIS AVSPICIO IN  
PVBLICO IVRIS, INCLYTAE AGRIPPINENSIS  
Academiae Collegio, Clariss. Consultissimisque viris D.  
Ioanne Michaelis Cronenburgero, & D. Ioanne  
Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,  
praesidibus, defendere cona-  
bitur.

RVTGERVS *Quelacker.*

Anno M. D. LXXXIII.

V. Calen. Iunij.



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

Zz

103  
96

## CONTINUATIO.

**F** Nucleatis atrocioribus pub. iud. criminib. (a) quæ personis inferuntur: nunc de minus atrocib. utpotè quæ rerum intuitu committuntur, pertractandum superest. (b) Ac imprimis de Falsi crimine & pœna despiciendum venit.

(a) sup. tit. prox. præced. (b) V Vef. in parat. h. t. nu. 1.

## THESIS I.

**F** Alsum est, imitatio veritatis dolosa, (a) ad alterius deceptionem instructa, (b) f. SC. & Constit. notata. (c)

(a) Nouell. 73. in prin. de instr. caut. & fid. l. nec exemplum 20. C. h. t. V Vef. in parat. cod. num. 1. Schneid. Inst. de pub. iud. §. item lex Corn. nu. 2. Host. in sum. de crim. fal. nu. 1. (b) Paul. lib. 5. tit. 15. Sal. & Dd. in l. vnica C. de mut. nom. Host. d. lo. nu. 1. (c) obtinet enim tantum falsi pœna in casib. lege aliqua expressis. V Vef. h. t. num. 2. Schneid. d. §. nu. 2. Bart. in l. quid sit falsum 23. h. t. qui referuntur in l. 1. & passim ff. C. h. t.

### II.

*Sed etsi dolosè quis falsum commiserit in Corneliam tamen non incidit, quando commissa falsitas alteri non præiudicat vel præiudicare possit. (a)*

(a) Sing. & communiter approbata est gl. in l. damus 23. C. h. t. quam inibi Dd sequuntur. Ang. in tract. de malef. in verb. Falsario vers. quæro quot. num. 2. in fin. vbi dicit illud perpetuo mente tenendū: & addit Curt. Jun. de feud. in 4. par. in l. cau. amif. feudi, quod hæc est communis pract. qua aduocati sæpè vtuntur. Didac. in c. quamuis. part. 1. §. 7. n. 6. de pactis in 6. Gaill obser. lib. 1. obser. 100. num. 7. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 306. nu. 14. Falsi tamen extraordinariam pœnam non euitabit communis: vt refert Clar. lib. 5. sent. iur. §. falsum vers. Itē excusatur. Vant. de null. in rub. quoties & intr. quod temp. & c. num. 62.

### III.

*Committitur falsum multis modis puta: scripto, (a) dicto, (b) facto, (c) vsu. (d) & c.*

(a) vt in c. cum Ioan. Eremita. & in c. inter dilectos cum similib. multis, ext. de fid. instr. l. 1. §. qui in rationib. l. 4. §. 11. 12. & c. h. t. l. 2. 3. 4. & c. C. de his qui sibi adsc. l. vn. C. de mend. val. (b) l. 1. §. 1. & seq. l. 13. 16. 29. cum similib. h. t. l. vn. C. de mut. no. (c) l. 8. 9. 19. 21. h. t. l. 2. 14. 16. C. cod. l. 2. C. de fal. mon. (d) l. 27. §. vlt. h. t. & c.

### IIII.

*Hac lege tenentur falsorum testamentorum scriptores, subiectores, testamentarij signatores, qui vera testamenta amouent, cœlant, aperiunt, resignant, delent dolo malo, quorumuè dolo malo id factum curatumuè erit.*

l. 1. §. is qui l. 2. 4. 7. 16. 26. & c. h. t. l. 3. 8. 14. C. cod. V Vef. in parat. cod. nu. 7. Paul. lib. 5. tit. 25. Cuiac. ibid.

### V.

*Hoc amplius lege Corn coërcetur qui falsum instrumentum fabricauerit, (a) libellū vel rationes alienas interciderit descripserit, (b) quiq; extra testamenta cetera falsa signauerit.*

gnauerit, (c) in rationibus tabulis vel alia qua re, sine consignatione falsum fecerit, vel verum non appareat quid amouerit, subriperit, suppresserit: (d) perinde enim ex his causis atque falsarij ex interpretatione leg. Corn. puniuntur. (e)

(a) l. 16. §. 2. h. t. vide Clar. lib. 5. sent. 3. falsum vers. produens. Casus ille quotidie occurrit, & propter tabellionum malitiam, & temerariam audaciam ex communi Dd. sententia crebrius obtinuit puniendum esse poena amputationis manus, & perpetuae infamiae per tex. sing. in c. Imperialem, §. scriba de prohib. feud. alien. per Frid. qui textus merito omnibus tabellionibus terribilis esse debet, tex. illum pro sing. allegat ad hoc Bald. C. res inter alios acta in fin. Hippol. de Marf. sing. 563 Mynf. sing. obs. cent. 6. obs. 65 Hic apud Vbios Notarius falsus publice omnibus conspiciendus in palo ignominiae exhibetur, indicium temeratae veritatis, in charta, pileo circumducta, signatum, referens his verbis: *Diß ist ein falscher Notarius.* (b) l. quid sit 23. h. t. (c) l. 9. §. poena l. 16. §. 1. h. t. (d) l. 1. §. qui in rationib. d. l. 16. §. vlt. h. t. (e) V Vef. in parat. cod. nu. 6.

#### VI.

*Sed cum fabricans falsum instrumentum teneatur de falso; an etiam vtens eiusmodi instrumento per aq. tenebitur? Et magis est vt non teneatur: nisi sciens illud esse falsum eo vsus fuerit.*

Communis secundum Clar. lib. 5. sent. iur. §. falsum vers. vtēs & Ferrar. in for. lib. quo agitur ad resc. sent. latam in gl. Dolose vsus & c. vbi notabilem assignant practicoꝝ cautelam pro scientia (quae alioquin difficile probari potest, nisi per coniecturas) elicienda. De hac cautela vide etiam Bald. in l. fin. C. si ex falsis instru. Cæpol. caut. 53, Boss. in tract. crimin. tit. de falsis nu. 119 & 155. cum seqq.

#### VII.

*Occurrit hic & illa questio. An vtraq. parte litigantium, falsitatem reciprocam sibiq. inuicem contrariam admittente, vtrunque leg. Cor. poena irrogari possit? In quod cum Baldo (a) procliuior sum.*

(a) in rub. C. de fid. instr. nu. 30. Dicit tamē sententiandum pro Reo, cum in pari turpitudine melior sit conditio possidentis, pro quo est tex. in l. cum par. 196. & ibi Dec. & Cagnol. not. ff. de reg. iur. & facit quod tradit Dyn. in c. quod semel num. 7. vers. sed distingue, & vers. seq. de reg. iur. in 6.

#### VIII.

*Falsi etiam crimen committit Notarius omittens debitas in instrumento solemnitates: (a) quiq. instrumento aliquid apponit quod verum non est, vtpotē, si instrumento mutui apponat verbum Numerauit cum tamen tempore celebrati contractus nulla fuit numerata pecunia. (b)*

(a) per l. iubemus 29. §. vlt. C. de testam. Ita senserunt Ang. Cast. Sichar. & alij in d. l. 29 & ibi Corneus inquit: In Iudicijs ab hac opinione non esse recedendum. Præsumitur, n. dolo fecisse: & turpe est Notario se pro tali gerere, & ignorare ea quae sunt sui officij: arg. eorum quae Q. Mutius Seruio Sulpitio Oratori obiecit in l. 2. §. Mutij auditores ff. de orig. iur. (b) gl. in l. ex cautione in gl. magna ff. de non num. pec. quae sequuntur omnes vt dicit Alex. in l. prædia nu. 4. ff. de acquir. poss. Communem hanc dicunt opin. scribentes in l. singularia ff. si cert. pet. & in specie Ias. num. 48. qui dicit quod totus mundus eam sequitur. Idem tenet Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. notarius quem sequitur Apost. ad Ferrar. in form. op. cont. instr. in gl. alijs quoque de causis, verb. Notarius.

Falsar

## IX.

*Falsariorum etiam numero sunt qui bullas litteris papalibus appensas detruncant, (a) sigillum appensum vel impressum alijs litteris amouent, (b) nomen alterius (c) litterasve ex instrumentis (d) abradunt & suum apponunt, alienas literas aperiunt, (e) eisq; quibus restituendi mandatum susceperant non restitunt, (f) quicq; literas alterius nomine sine illius voluntate & ipso ignorante scribunt, (g)*

(a) Bart. in l. instrumentorum 16 h. t. tex. & ibi gl. in c. licet vers. falsitatis ext. de crim. fals. & ibi latè per Canonistas. Ias. in rep. l. Admonendi n. 20 ff. de iureiur. vol. nec. (b) Ias. in §. pœnales nu. 34. Inst. de act. tex. in c. cum olim 33. & ibi gl. in verb. sigilla. ext. de off. & potest. iud. deleg. (c) Bald. in rub. C. de fide instr. col. 19. vers. quæro de illo & c. quem refert Ias. in d. §. pœnales nu. 35. Inst. de act. Addit. ad Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. aperiens Not. Bart. & Alex. ad Bart. in l. Titio 36. nu. 4. ff. ad municipalem (d) tex. sing. in c. olim 25 ext. de rescriptis. Bart. in d. l. Titio num. 4. ff. ad municipalem. Ias. in rep. l. Admonendi n. 119. ff. de iureiur. vol. & c. Clar. præall. loco vers. abradens. Distinguitur tamen utrum sit rasura in loco suspecto, vel non. de qua vide Clar. d. l. Ferrar. in præct. in form. op. cont. instru. in gl. tum quia est abrasum num. 2. (e) ut illas aduersario mittentis ostendat notab. vide Bart. in l. 2. vers. quid de eo h. t. tex. & ibi Abb. in c. cum olim magister, ext. de off. deleg. Clar. præall. l. vers. aperiens: (f) Sing. Bart. & ibi Apost. ad Bart. verb. Crimine ff. ad municipalem. Ias. d. §. pœnales. Inst. de act. nu. 38. (g) Ias. in l. non dubium C. de ll. num. 35. Boer. in sing. in rubr. mista de crim. & culpa nu. 19.

## X.

*Testis quoque dolo malo contra veritatem deponens, (a) pecuniam ob dicendum, vel non dicendum testimonium accipiens eamq; dans, vt falsarius punitur. (b)*

(a) VVes. in parat. h. t. n. 4. Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. Testis: quem vide hic distinguentem. Didac. in c. quamuis part. 1. §. 7. num. 5. de pact. in 6. Huius criminis grauitatem ostendit Salomon prouerb. 20. Homo qui contra proximum suum loquitur falsum testimonium iaculum est, gladius & sagitta acuta. (b) l. 1. §. sed & si quis & ibi Bart. h. t. Paulus lib. 5. sent. tit. 25. Felin. in c. dilectorum num. 4. & in fin. de test. cog. asserit arbitrio iudicis illum puniendum. Idem tenet Simancas in praxi hæreseos tit. 35. in fin. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 310. nu. 11. & seq.

## XI.

*Aded quoque vt licet verum dicat testimoniū fide nihilominus illud destituatur, ipseq; pœnam non effugiat. (a) Contra tamen dantem si deposuerit, valere ipsius depositionem nec puniendum cum communi teneo. (b)*

(a) Myns. sing. obs. cent. 6. obs. 67. gl. in l. 1. §. 1. & ibi Bart. h. t. quam gl. sing. dixit Ias. in l. diuus num. 27. col. pen. ff. de re iud. Vant. de null. in rub. de null. ex def. proces. & c. num. 138. Abb. & Felin. in c. licet de probat. Dd. in c. 1. de testib. qui etiam volunt, hunc tanquam falsarium lege Corn. puniri: attamen extraordinaria aliqua pœna arbitrio Iudicis coercendum disputando tutius sustineri posse arbitror. argum. eorum quæ refert. Didac. in c. quamuis part. 1. §. 7. nu. 5. de pactis in 6. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 310. Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. Sed quid è conuerso. (b) Communis. Myns. d. obs. 78. num. 2. Dictum illud velut sing. refert. Zas. in l. 2. §. sed si dedi ff. de condict. ob turp. causam.

## XII.

*Huius occasione queritur. Antestis in dicti parte verax in parte falsus, in totum tanquam falsarius reputetur eiusq; depositio omnino vitietur? Quod assero.*

Ita tenet Bald. in l. si ex falsis 42. nu. vlt. & omnes scribentes in illam legem Marf. sing. 76. Communem dicit Alex. conf. 152. & alij. Ferrar. in for. iur. test. in gl. & falsitate nu. 2. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quaest. 53. vers. sed quaero. Quod temperat Bald. in d. l. 42. Nisi falsum illud per ignorantiam commissum sit. Vide Boss. in tract. crim. tit. de falsis num. 147. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 108. nu. 2.

### XIII.

*Ceterum an in dubio praesumatur ignoranter, vel scienter testem dixisse falsum ambigitur? Equidem scienter dixisse falsum praesumendum arbitror.*

Ita tenet Spec. in tit. de testib. §. 1. Ang. in l. pro haerede, ff. de pet. haered. & Aret. in l. 1. §. sed si mihi de verb. oblig. & c. in nostra col. 3. ext. de testib.

### XIV.

*Variat Dd. si testis in iudicio contrarium eius deponat, quod extra iudicium iactabat verum, cui dicto standum sit, & an ille ut falsarius puniri debeat? Ego iudiciali assertioni inherendum, (a) neque ordinaria falsi poena puniendum, (b) ut communioem magis receptam opinionem, & bene in ratione fundatam contra Bart. concludo.*

(a) Gloriosum de hac quaestione Dd. faciunt festum contra Bart. in l. eos qui, h. t. insurgentes, ac dicto iudiciali solenniter facto standum uniformiter concludentes. vide plerumque Ferrar. in for. op. cont. test. post pub. in gl. ac etiam varij. num. 4. Couarr. lib. 2. var. quaest. 53. vers. primus. Hippol. de Mas. sing. 212. Sichar. C. de testib. l. Iurisiur. 8. num. 9. & seqq. & in l. nullum 12. num. 5. Mynf. sing. obs. cent. 6. obser. 14. qui communem hanc attestantur & super eo Dd. cumulant. (b) gl. vlt. in c. cum causam ext. de testib. inibi communiter recepta. Mynf. Couarr. Sichard. & c. d. l. vbi elegantem aduerte cautelam, quam assignat. Clar. d. loco.

### XV.

*Nec minus controversa est hac quaestio, in foro, quotidiana. Variat testis in secunda instantia ab eo quod deposuerat in prima cui dicto standum sit? Equidem primae depositioni credendum cum Bart. affirmo: (a) at lege Cor. teneri non ambigo: (b) si in eadem depositione & inter easdem personas contraria deposuerit, in totum tanquam falsum reijciendum: (c) si vero aliter se, quam à Notario scriptum sit, deposuisse asserat, distinguendum. (d)*

(a) In l. si postulauerit 27. §. pen. ff. de adulterijs. Hanc sententiam approbat. Guid. Pap. decis. 546. & 593. quam etiam obseruat Camera. Mynf. cent. 2. obser. 86. (b) Communis ut refert Clar. lib. 5. sent. §. fin. quaest. 53. vers. tertius. (c) Mynf. d. obs. 86. n. 8. Sichar. in l. optimam quaestionem 14. nu. 2. C. de cont. & com. stip. (d) Quod rustici siue rurales testes saepius facere solent. Distinctionem ponit Ferrar. in pract. in for. iur. test. in gl. & falsitate, num. 3. Sichar. in l. errore 7. n. 6. C. de testam. Clar. d. l. vers. quintus.

### XVI.

*Sed & testes qui spheram inter se reddunt mutuis falsorum testimoniorum operis se inuicem iuuando, hac lege tenentur.*

tex. in l. lege 9. §. poena h. t. VVes. in parat. cod. nu. 4.

### XVII.

*Aduocati quoque qui pecuniam recipiunt, ut infidam aduocationem calumniosè aduersarij vexandi gratia suscipiant, leg. Cor. iudicio subiacent. (a)*

(a) tex.

(a) tex. in l. i. §. i. h. t. l. lege 9. §. fin. si capitale fraudem alicui machinatus sit Alch. lib. 1. Jur. Rom. c. 66. add. ad Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. aperiens verb. desigillans. olim calumniatorib. litera K. vel C. fronti inuri consuevit, quib. calumnia denotabatur.

### XVIII.

*Iudicem quoque aut arbitrum iure datum conuictum ob rem iudicandam pecuniã accipere, aut qui turpe iudicium nundinatur in seueritatem legis Corn. incidere nemo inficiabitur. (a)*

(a) per l. i. §. sed & si quis & ibi glo. & Bart. h. t. etiam si pecuniã acciperet vt veram sententiam daret. Vant de null. in rub. de null. ex def. process. nu. 136. Iustum enim iudicium vendere nulli licet ii. q. 3. non licet, de vit. & hon. cler. Aduocato tamen iustum patrocinium & IC. rectum consilium vendere licet. Vant præal. loco. Iudex quoque minutula quadam accipere potest, vt sunt xeniola &c. Sichard. in l. 2. Auth. principales nu. 5. C. de iur. prop. cal. An & quando liceat Iudici accipere munera vel esculenta & poculenta vide post alios. Myns. cent. 2. obs. 76. n. 6. vsque ad fin.

### XIX.

*Idemq. si in iudicando scienter Principum negligantur constitutiones, (a) Eum verò quiper imperitiam malè iudicat, mitius puniendum communiter placuit. (b) Aduocatorũ quoque falsas scienter allegatas leges Iudices reijcere debent, alioquin vterque falsi pœna tenetur. (c)*

(a) Paulus lib. 5. sent. c. 25. tex. in l. i. §. sed & Iudex h. t. V Vef. in parat. eod. nu. 6. quiq. contra ius publicũ quod apud se recitatũ est, pronũciat. Paul. d. lo. §. qui sacras. (b) V Vef. in parat. h. t. nu. 6. (c) Add. ad Clar. præal. l. vers. desigillans.

### XX.

*Mercatores quoque qui merces falsificant, addendo aliquid quod substantiam deprauat, calcem vino, fabarum farinã cera, & cãmarrantas tenendo in loco humido, gingiber, piper, crocum &c. vt falsarij lege Corn. plectendi essent.*

per l. i. §. qui in rationib. h. tit. l. sacularij 7. de extraord. crim. Marant. parte 4. dist. 11. num. 40.

### XXI.

*Eiusdem leg. Corn. iudicio subiacet obreptor, qui dolosè à principe obtinuit rescriptum vel à Iudice sententiam: (a) qui nomine magistratus falsas litteras reddit, edictũue falsum proponit, (b) qui duobus in solidum eandem rem diuersis contractibus vendit. (c)*

(a) l. si quis 29. & ibi glo. & Bart. h. t. V Vef. in parat. eod. num. 8. Duar. de crim. falsi c. 1. Et nota nec principis rescriptum nec iudicis decretum valere. Ferrar. in pract. in for. op. cont. instr. in glo. per obreptionem num. 2. & commodo rei impetratæ illum priuari. Menoch. lib. 2. de arbit. cent. 4. cas. 314. nu. 9. (b) l. qui nomine 25. h. t. V Vef. in parat. eod. nu. 8. Duar. d. l. vt facere hodie validi mendicantes, & prætextu falsarum literarum emungere pecunias solent, l. vnica, C. de mend. val. (c) l. qui duob. 21. & ibi glo. & Bart. h. t. quamuis mitius puniatur. V Vef. in parat. d. l. Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. vèdens quod male obseruari in practica queritur. Ferrar. in pract. in form. lib. Act. Hypoth. in glos. sub eadem obligatione bon. n. fin.

Quinimò



XXII.

Quinimò Notarius ad testamenti scripturam adhibitus aliquod commodum ascribens sibi, (a) seruo suo, (b) ei, in cuius potestate est, illiue qui in eadem potestate est (c) ex dispositione SC. Libon. lege Corn. tenetur.

(a) tex. & ibi glo. in l. SCto 3. C. de his qui sibi adscrib. Host. in summ. h. t. nu. 4. VVef. in parat. cod. nu. 7. in fin. Consequi tamen potest legatum, quod quis sibi adscribit quadam medicina. De qua vide Azo. C. de his qui sibi adscrib. nu. 7. Sich. in l. dictantib. 22. num. 1. 2. & seqq. (b) l. impuberem §. item si seruo h. t. Host. in sum. num. 4. Azo C. de his qui sibi adscrib. nu. 1. (c) l. de eo 10. h. t. Host. d. l. num. 4. Quod mirabile ipsi videtur.

XXIII.

Legis Corn. poena etiam obligatur, qui signum adulterinum fecerit, sculpsit, expressit. (a) Suppositi quoque partus accusatio huc pertinet, quae priuata & perpetua est, (b) tam viua ea quae supposuit, quam ea mortua. (c)

(a) l. lege 30 h. t. (b) l. 9 §. 1. VVef. in parat. e. num. 11. estque tam mulieri quae supposuit, quam obstetrici quae attulit partum, capitale Iul. Paul. lib. 2. sent. tit. 25. & ibi Cuiac. VVefemb in parat. h. t. nu. 8. Diff. Cuiac. 4. obs 14. cui adstipulatur. Iohan. Cor. in Arresto Tolosano in annot. & annot. 81. quem refert & sequitur. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 306. nu. 3. (c) l. qui falsam 14. §. accusatio. h. t. Quod speciale est, vt not. glo. & ibi apost. ad glo. in d. l. 19. §. accusatio verb. depellitur.

XXIV.

Qui dolose falsum nomen vel cognomen sibi fingit, (a) nomen in alterius fraudem sibi mutat, parentes, genus sibi effingit, (b) pro Comite, Nobile, Doctore, Notario, Procuratore se gerit, cum non sit, (c) falsi poena tenetur. (d)

(a) l. vnica, C. de mut. nom. VVef. in parat. num. 8. Vult. lib. 1. Iuris Rom. c. 49. Plenarie de hac materia. vide Bos. in tract. crimin. tit. de mut. nom. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 318. (b) de his vide l. falsi 13. h. t. l. vn. C. de mut. nom. Paul. lib. 5. sent. tit. 25. (c) Et faciat actus illis congruentes. vide Fred. Schenk. in viridar. concl. 101. n. 4. Add. ad Clar. lib. 5. sent. §. falsum vers. aperiens verb. desigillans, ibi idem de illo. Bald. in l. qui sub praet. Pap. decis. 89. in fin. & ibi addit. Tyraquell. in tract. de nobilitate cap. 13. Menoch. praell. l. n. 25. Bos. in tit. de falsis n. 131. Vant. in rub. de null. sent. ex inhab. mand. n. 68 & seq. Bart. in l. si autem §. item. de neg. gest. (d) Poena tamē mitigata: quam arbitrariam hinc IC. ostendit in l. eos 27. h. t. dum inquit pro admissi qualitate. VVef. in parat. cod. n. 8.

XXV.

Falsi etiam crimen committit qui adulterinam monetam, flat, ferit, fingit, (a) tonset, tingit, excindit, (b) qui in auro vitij quid addit, (c) qui tale quid cum prohibere possens adulterinam monetam, quamuis ab alio acceperit, expendit, (f) in legem Cornel. incidit. (g)

(a) l. 8. & 9. h. t. Etiam si probae materiae iustique ponderis sit, & σφραγίδα veram legitimam que habeat. Duar. tit. de falsis c. 1. Didac. in tract. de vet. num. col. cap. 8. num. 3. Menoch.

noch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 316. num. 15. & seq. (b) l. quicumque 8. h. tit. Paul. lib. 5. sent. tit. 25. est que communis vt refert Viuius in lib. com. op. in verb. Monetam radens. (c) l. lege 9. & ibi Bart. h. t. (d) d. l. 9. §. eadem ibi. Bart. vers. tertio h. t. V Vef. in parat. cod. n. 7. in fi. (e) d. l. 9. §. eadē. Duar. d. l. vers. præterea. (f) Sal. in l. 2. C. de falsa moneta hanc opin. seruari in pract. dicit Mars. in l. 19. h. t. quem refert. Dida. in c. vlt. n. 4. de collat. vet. num. P. H. O. art. III. (g) Et quidem si adulterinam monetam fabricauerit, aut hoc crimen circa summi Principis aut Regis monetam commiserit publicatis bonis igne comburitur, text. in l. 2. C. de falsa mon. Didac. de vet. num. coll. cap. 8. nu. 3. Quin etiam ipso facto sine sententia declaratoria in bannum incidit. Gaill. pract. obs. lib. 1. obs. 3. n. vlt. quod speciale est, sicut & alia multa quæ recensent scribentes de hac materia.

### XXVI.

*Si tamen is qui falsam monetam fabricare inchoauerit, sua voluntate, facti poenitens, destiterit, suffragio iustæ poenitentia absoluitur. (a)*

(a) text. in l. 19. glo. in l. quicumque h. t. V Vef. in parat. n. 7. in fin. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 316. n. 23. & seqq.

### XXVII.

*Qui mensuras vini, frumenti, vel cuiuslibet rei dolo malo in fraudem alterius corrumpit, (a) qui scienter deficienti mensura, modio, pondere vitur, (b) qui fraudulenter duplicem, maiorem & minorem tenet modium falsi crimine se polluit. (c)*

(a) l. hodie. pen. h. t. V Vef. in parat. e. n. 8. de iure Canon. poenitere coguntur 30. dies in aqua & pane. c. 2. ext. de empt. Schneid. Inst. de empt. & vend. §. fin. n. 12. & seq. alijs quoque poenis puniuntur. vide Menoch. d. lib. 2. cent. 4. cas. 317. per tot. & Schn. d. l. (b) potest contra illos agi criminaliter ad poenam relegationis: & ciuilitur ad interesse, & ad duplum Ferrar. in pract. in for. lib. in causa vend. in gl. perticarum nu. 4. de iure Sax. Müßen sie wetten i. gestrafft werden zu haut vnd haaren/oder solches lösen mit 30. schilling/ Weichb. art. 43. Schn. d. l. §. fin. nu. 15. & seq. (c) Contra quos habetur. Leuit. 19. & Deut. 25. Non habebis in domo tua modium maiorem neque minorem: abominatur enim Deus illū qui hoc facit.

### XXVIII.

*Falsi vel quasi falsi poena secundum legem deportatio est, & omnium bon. publicatio, si falsarius liber sit: si seruus vltimo supplicio afficitur, (a) quandoque tamen hac poena intenditur, (b) aliquando mitior imponitur, (c) aliquando alteratur, (d) quandoque in totum aufertur, (e) facile vt appareat non vsquequaque certam in hoc iudicio præscribi posse poenam.*

(a) l. 1. §. vlt. h. t. Inst. de pub. iud. §. item lex. Schn. ibid. (b) vt in d. c. 19. Deut. & in l. 1. §. præterea ff. de sicar. & in l. 1. C. de falsis, putà: si id exigat magnitudo commissi: quæ verba diligenter notari cupit Borch. Inst. de pub. iud. §. item lex. in fin. (c) vt in l. qui duob. 21. & in l. falsi 13. §. 1. l. antep. cum similib. h. t. (d) vt Deut. 19. (e) vt in l. impuberem 22. h. t.

## CORONIS.

An de crimine falsi transigere liceat?

153255

AB: 153255


(X2203998)

K.



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
**EX TIT. AD L.**  
**CORNEL. DE FALSIS ET**  
 SC. LIBONIANO DE-  
 S V M P T A E.

QVAS, DIVINI NUMINIS AVSPICIO IN  
 PVBLICO IVRIS, INCLYTAE AGRIPPINENSIS  
 Academia Collegio, Clariss. Consultissimisque viris D.  
 Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne  
 Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,  
 præfidibus, defendere cona-  
 bitur.

**RVTGERVS** *Duelacker.*

*Anno M. D. LXXXIII.*  
*V. Calen. Iunij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Zz  
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

103  
 96